

sed hospitalem, benignum. Id est, ne sit cupidus ad augendos ex multis redditus, ad negotiatio- nes faciendas, ad ditandos consanguineos, & amicos. Ita exponunt Patres Concilii Antio- cheni apud Euseb. lib. 8. Historiarum. c. 23. & 24. Quod graviter est damnatum per Sacros Ca- nones 3 q. 2. c. Si quis, & 17 q. 4. c. Alius.

Conc. An- tiochenum. Eusebius.

QUESTIO II.

De quibus bonis teneantur Ecclesiastici, eleemosynas facere

SUMMARIUM.

- 6 Bona Ecclesiastica in triplici differentia.
7 De bonis tantum Ecclesiasticis est questio.
8 In dubio nullus presumitur se velle privare jure suo.
9 Si Ecclesiasticus subtraxit de sua sustentatione poterit expendere.
10 Episcopus, & Ecclesiasticus, qui supersunt ex sua congrua, tenentur expendere in eleemo- synas, & pia opera, & n. 11. 12.
11 Inde patet quod magis obligantur Ecclesiastici ad eleemosynas, quam laici.

Bona Ecclesiasticorum possunt considerari in triplici differentia. Primò, quaedam sunt bona patrimonialia, quae successione sanguinis à suis majoribus accepta, vel ex donatione ali- cujus benevoli amici obveniunt. Secundò, sunt quaedam quasi patrimonialia, quae comparantur tanquam stipendia propriae actionis, ac indu- striae, ut pro celebratione Missarum, vel habenda concione, vel pro funere defunctorum comitando, vel processione peragenda, vel visi- tando Episcopatu, ferendi sententias, & causis audiendis, pro agendo aliquo negotio Eccle- siae, vel aliorum, vel pro lectione publica in- universitate, vel pro canendo in choro, vel pro organis pulandis, pro tibiis insufflandis, au- diendis confessionibus, denique pro quocun- que alio titulo distincto à titulo beneficii, repu- tantur bona quasi patrimonialia. Tertio, sunt quaedam alia bona merè Ecclesiastica ex bene- ficiis compara, ut sunt fructus ex decimis, ex aliis piis legatis Ecclesiae ac beneficio annexis. Ita Navar. de Redditib. q. 1. n. 4. Less. lib. 14. dub. 6. in princ. n. 35. Corduba lib. 1. q. 1. 8. in princ. Molina. tract. 2. disp. 142. in princ. Valq. Opusculo de Redditib. cap. 1. §. 2. dub. 1. num. 16.

Navar. Lessus. Corduba. Molina. Valquez.

Cast. Pal.

Trident.

Secundò, certum quod ex bonis primo & se- cundo modo acceptis non obligantur Clerici ad eleemosynas faciendas siquidem illa tenent, ac possident, sicut alii laici, de illisque habent plenū dominium, illaque possunt dare pro sua libertate, de eisque consanguineos ditare, ad majora promovere, sicut & ceteri saeculares, ut norant proximè citati Auctores. hoc enim tan- tum, ut norant Castro Palaus p. 1. tract. 4. disp. 2. punct. 5. n. 1. est illis prohibitum de bonis tantum Ecclesiasticis quae illis veniunt ex redditibus sui beneficii: hoc enim est eis prohibitum ex Conc. Trident. sess. 5. c. 1. de reform. unde magno Consilio Illustr. Dom. D. Verissimus ab Alen- castro assumptus ad Archiepiscopatum Bracha- sensem, & Illustriss. C. Antonius de Saldanna

ad Episcopatum Vianensem, & Illustr. D. Fran- ciscus Barretto ad Episcopatum Algarbiorum omnes fecerunt inventaria de bonis, quae ha- bebant patrimonialia, vel quasi patrimonialia, antequam ad suos Episcopatus transirent, ut scirent quae bona patrimonialia, vel quasi pa- trimonialia habebant, ut de illis disponerent secundum jura.

Ex quo maximè notandum secundò, quod beneficiato integra sustentatio debetur ex be- neficio, unde si ipse ex suis bonis patrimo- nialibus emat unam villam, agrum fertilem tritici, vel vineam, ex quibus bona pars, seu aliqua inservit ad ejus sustentationem, tunc poterit ex fructibus beneficii recompensatio- nem facere proportionem servata, & ex eis tan- tum insumere in his, quae voluerit, quantum accepit ex patrimonialibus, nisi ipse habuisset expressam voluntatem nullam recompensatio- nem faciendi; si autem dubiter, poterit judi- care, quod nullam talem intentionem habuit: nam in casu dubio nemo presumendus est se velle jure suo privare. Ita cum Navar. Mo- lina Lessio, Castro Palaus citans n. 4.

Notandum est tertio, contra Panormita- num in cap. Cum omnes, de rebus, n. 27. & Sarmientum de Redditibus, part. 3. c. 5. n. 1. & seqq. ac Granada 1. 2. D. Thome Comment. 3. tract. 11. disp. 3. n. 221. quod de sua congrua sustentatione, quam unusquisque Clericus potest licitè de pingui, seu grosso beneficii accipere, ejusque redditibus: si velit, aliquid sibi subtrahere, valde parèe vivendo poterit quid- quid subtraxerit expendere pro libito, absque peccato mortali, non tamen ad usus profanos. Ita Sanchez in Opusculis, tom. 1. lib. 2. c. 2. dub. 45. Molina de Primog. Hispan. lib. 2. c. 10. n. 50. Avendannus Resp. 19. n. 12. Hurtadus §. 115. Diana eorundem tom. 4. tract. 7. Resol. 24. n. 4. alia part. 5. tract. 8. Resol. 27. cum Navar. Ledesma citatis ab ipsis.

Dicendum est ergo, certum & indubitatum esse teneri Episcopos, vel Beneficiarios, ea omnia, quae supersunt suae congruae sustentationi ex fructibus suorum beneficiorum, in eleemo- synas, ac pia opera expendere sub peccato mor- tali. Hæc est omnium sententia Auctorum tam qui citati sunt in hac quaestione, quam super- iori, quos etiam in magno numero citat Bar- bosa de potestate Episcopi p. 1. tit. 2. Glossa 9. n. 30. & sequentia, & in Collectanea ad Trid. sess. 5. c. 1. de reform.

Probat ex fundamentis datis superiori quaestione. Deinde quia Concilium Triden- tinum sess. 25. c. 1. de Reformatione, districtè, ac rigorosè præcipit Episcopis, ut bona Ec- clesiastica, quae Dei sunt, in pauperes distri- buant juxta Canones Apostolorum, ne pravo affectu in fratres, ac consanguineos, & fami- liares distrahant, & consumant, & hos expres- sit Sancta Synodus aperte, fratres, nepotes pro- pinguisque carnis affectu. Circa hos enim so- lent Episcopi esse cæci, Baldus in Authent. qui- cunque, C. de Sacrosanct. Eccles. Franciscus Lu- cas in Thesouro fori Ecclesiastico. p. 1. c. 3. n. 37. & eandem doctrinam, quam Sacrum Conci- lium dat ad Episcopos, extendit ipse etiam ad omnes beneficiarios, & etiam usque ad illus- trissimos Dominos Cardinales.

Probat etiam secundò, Quia bona bene- ficij

8.

Navar. Molina. Lessius. Cast. Pal. 9. Panorm. Sarmient. Granada.

10.

Barbosa.

11. Trident.

Franc. Lud. Baldus.

12.

ficii cum sint ex decimis, ut superiori quaestione dixi, & applicata ab Ecclesia, vel data à fide- libus ad sustentationem tantum ministrorum, vel ad pauperum miseriam sublevandam, vel ad pia opera exhibenda, ergo absque gravi peccato non possunt in alios usus consumi, ac erogari, cum agatur contra intentionem appli- cantis ac dantis talia bona.

Ex quo inferes majorem obligationem esse in viro Ecclesiastico ad dandam elemosynam, quam in laicorum Ecclesiasticis maximè Episcopus ut Pastor teneat inquirere necessitate oppressos, nec forte ratione illius à recta via declinent, obligatio non datur in laicis, ut docent Valentia 2. 2. disp. 10. quest. 3. punct. 7. vers. Sexto certum est. Valquez de elemosyna, cap. 4. n. 14. Deinde quia Ecclesiasticus obliga- tur ad ea, quae suo presenti statui supersunt in elemosynas, aliave pia opera expendere, nisi aliis prudentialiter occasio occurrat seu ne- cessitas postulet: laicus, quæ sibi supersunt ex suo presenti statu, potest apud se retinere, vel ad aliorum statum, & pompam dare, quod non potest facere beneficiarius.

Valentia. Valquez.

QUESTIO III.

Præbendatus Ecclesiasticus qualem partem ex beneficio debet sibi assumere ad sui sustentationem, & qualem tenetur in pauperes erogare?

SUMMARIUM.

- 14 Loquimur in hac quaestione de necessitate communis.
15 Una sententia affirmat, quod tenetur dare quar- tam partem.
16 Altera sententia, quod tenetur ad tertiam partem.
17 Probabilior quod prudentialiter res sui judi- canda.
18 Diversa ratio in beneficio pingui, ac tenui se- cundum tempus & loca.
19 Attendenda qualitas persona, & ut viri in- morati ejusdem qualitatis vivant, & n. 20.
21 Varii casus, si habeant cognatos pauperes, vel filios spurios, & n. 22. 23.

14.

Bannez. Grenado. Hurtadus.

15.

Urus est hic sermo, sed verus, ait Granada In exordio istius quaestiois, statim citan- dus, & convenient omnes Doctores, quos vidi teneri Ecclesiasticos ex redditibus suorum be- neficiorum, quæ supersunt ab eorum sustenta- tione expendere in elemosynis & piis operi- bus in necessitate communis, nam in gravissi- ma, ac urgentissima tenentur etiam, & maximè Episcopi etiam multa de sua ampla sustenta- tione subtrahere, imò & vendere vasa argen- tea, ac suppellectilem ad alendos pauperes. Ita Bannez, Granada, Hurtadus, & statim citandi. In necessitate communis quantum sit dandum, ac largiendam in elemosynas est rota difficultas. Primò, tenet Azor, tom. 2. lib. 12. cap. 11. quest. 1. in fin. quod beneficiarius obligatur ut expendat in pauperes quidquid illi superest ex sua sustentatione. Secunda sententia, & satis Sylveira Opuscula.

communis tenet Episcopum, vel Clericum præbendam teneri dare quartam partem suo- rum fructuum in pauperes, & opera pia. Ita ex Navar. Sotus lib. 4. de justitia, quest. 4. art. 4. vers. quavis documentum. Toletus lib. 8. cap. 38. cum Tabiena Molina tract. 2. disp. 146. §. contrarium, cum Majori Lorca 2. 2. di. 40. num. 43. Granada 2. 2. controvers. 3. tract. 1. disp. 3. num. 12. Hurtadus de Mendoga 2. 2. vo- lunt. 2. disp. 16. sect. 15. §. 105. usque ad §. 110. Trullench. in Decalog. tom. 1. lib. 1. cap. 1. dub. 5. num. 1. Machadus de Professo, tom. 2. lib. 4. part. 1. tract. 6. docum. 6. Bannez 2. 2. quest. 3. art. 7. dub. ult. §. Ex dictis omnibus, & subdit. Ego sanè nullum Episcopum Hispaniae ablol- verem, nisi saltem quartam partem reddituum in elemosynas expendere, & hæc sententia est probabilis.

Azor. Navar. Sotus. Toletus. Tabiena. Molina. Granada. Hurtadus. Trullench. Machad. Bannez.

Lorca Hurtado, & etiam Sotus proximè ci- tati, docent quod Episcopus & Beneficiari sa- tisfaciant, si ex suis redditibus dent tertiam partem. Et ratio est, quia Ecclesiastici habent verum dominium, in ipsa bona Ecclesiastica, ergo ex iustitia bene legi misericordiae, ac pietati, & præcepto Ecclesiastico planè satisfaciunt, si dent bonam partem, quia Clerici in Choro, in sustentatione, in cœlibatu, & alii ha- bent suos labores: unde abundanter satis faciunt, si dent tertiam partem, v.g. Episcopus habens triginta mille aureos in suis redditibus satisfacit, si det decem millia pauperibus, ac piis locis, ex viginti verdè quæ potest habere pro sua sustentatione, potest etiam ex illis ad- juvare consanguineos, & familiares, & hæc sententia etiam est probabilis.

16. Lorca. Hurtado. Sotus.

17.

Tamen probabilior, ac verior mihi videtur sententia, quod hæc res determinanda est judicio viri prudentis, ac timorati, ut docent Cardinalis Lugo tom. 1. de justitia, disput. 4. sect. 3. n. 40. 41. Castro Palaus tom. 1. tract. 4. disp. 2. punct. 5. num. 8. pro quo meo videti multa consideranda sunt, qualitas locorum, ac temporum, nam pro ratione locorum, ac tem- poris res habet majus vel minus pretium, & plura requiruntur in uno loco, ac tempore, quam in alio. Deinde maxime cõsideranda qua- litas beneficii ac personarum.

Vel beneficium tam mediocres habet pro- ventus, quod tantum sufficient ad mediocrem sustentationem beneficiati, vel ad etiam Episcopatus, vel beneficium adeo tenuè, ut non sufficiat per se solum ad susten- tationem. Si habet Ecclesiasticus redditus valdè pingues, tenetur dare in elemosynas ter- tiam, vel quartam partem, ut inquit Au- ctores secundæ, & tertiæ sententiæ, & ex superfluis tenetur dare medietatem, ut expri- munt Hurtado, Lorca, Machadus citans, Hurtado. quia talia bona sunt dona Dei & patrimonium pauperum, ut inquit Concilia, & Patres. Si verdè Ecclesiasticus habet mediocres pro- ventus ad suam mediocrem sustentationem, vel valdè exiguos, qui non sufficient ad sui sustentationem, parum aut nihil, tenetur da- re. Huc venit, quod Sanctus Senior Tobias dicebat filio suo cap. 4. num. 4. Quando po- teris, ita esto misericors: si multum tibi fuerit, abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit, etiam exiguum libenter imparte. Dixi per se solum ad sui sustentationem, quia si bona habet

18.

Hurtado. Lorca. Machado.

Tobias 4.

Ec 3 patri

patrimonialia, vel quasi patrimonialia, quae de illis assumit ad sui sustentationem potest illa recompensare ex fructibus beneficii, ut jam dixi superiori questione.

19. Etiam de qualitate beneficii, ac personae maxime consideranda res, quod ille, qui habet magnam dignitatem, v.g. Archiepiscopatum, vel Episcopatum valde pinguem, majorem mensam, familiam, ac suppellectilem debet habere quam Decanus, vel alius Clericus & sub his veniunt etiam moderata convivia, liberales, & remuneratoriae donationes, haec enim expediunt & conveniunt tali statui, ob sui amplitudinem ad animos reconciliandos, ut notantur Molina citat. disp. 14. §. Tertium est, & Valentia 2.2. disp. 10. quest. 3. punct. 4. §. Itaque. Nec enim Ecclesia vult suos ministros austeros, & inurbanos, sed ut honesto, ac urbano modo vivant.

Molina. Valentia.

20. Unde regula generalis in hac re esse potest, ut taliter vivat Ecclesiasticus, qualiter alii viri timorati habuerunt vivendi modum, nam Eminentissimi D. Cardinales, qui sunt primi Principes totius Ecclesiae modo decenti, urbano, ac convenienti tantae dignitati vivunt, ad majorem auctoritatem, & venerationem conciliandam; sic & Ecclesiastici debent decentem, & convenientem vivendi modum habere, ut alii viri in eadem dignitate, & sicut illis expedit suos consanguineos, ac propinquos in necessitatibus sublevare, a & illi facere possunt, nec dedecus sit beneficiatos in multa egestate suos consanguineos habere. Ita Navar. q. 1. de Redditiis. Monast. 77. n. 5. Molina disp. 14. §. 6. Dubium est. Sotus lib. 10. q. 4. art. 4. §. Quamvis documentum. Toletan. lib. 8. n. 38. cum Tabiena, Conineh. de charitate, disp. 27. dub. 11. num. 185. & alios citant Diana coordin. tom. 4. tract. 7. Resol. 23. alias p. 5. tract. 8. Resol. 27.

Navar. Molina. Sotus. Toletus. Tabiena. Conineh. Diana.

21. Ex quibus inferunt Castro Palaeus citat. n. 9. circa finem, & Diana coordinatus citato tract. 7. Resol. 21. alias p. 10. tract. 11. Resol. 36. n. 3. posse Ecclesiasticos ex fructibus beneficii alere filios spurios, si dentur, quod absit, quiaposito dicto jure naturae debetur illis sustentatio, & sustentatio illis debetur juxta qualitatem beneficii, unde major dos debetur filiae spuriae Sacerdotis nobilis, quam filiae alterius Sacerdotis pauperis, & inferioris conditionis intra limites tamen filiae spuriae, quae est multo inferioris conditionis, ac si esset legitima, ita Molina disp. 246. in fine, qui versiculo antecedenti addit, doctrinam esse limitandam, ut intelligatur in eo casu, quo beneficiatus non habeat alia bona, quibus valeat dare filio spurio alimenta, quia si habet, ad illa filius habet jus, ac proinde videtur quod Sacerdos ex illis tenetur filium alimentare, & quamvis hoc revera ita sit consilendum, tamen inquitur Palaeus, & Diana citati, cum Valentia 2.2. disp. 10. q. 3. punct. 7. §. Neque solum. Quod quamvis ita sit consilendum, tamen videtur durum, ita affirmare, ut ex obligatione sic faciendum esset, quia filius etiam spurius habet jus non solum in personam patris, sed etiam ad omnia illius bona, ut ex eis sustentetur; & pater habet obligationem ad sustentandos filios, ergo etiam ex fructibus beneficii, quia illorum pater est Dominus, & sicut ex eisdem fructibus potest donationes gratuitas facere, sic & jus na-

Palaeus. Diana. Valentia.

turae, ac obligationes naturales adimplere.

Ex his inferi etiam ipse Diana citata Resolutione, num. 2. ad finem, posse Episcopos absque praedictio pauperum Diocesis praebere Regi, ac Principi extremis necessitatibus, oppresso in adiutorium bellorum contra Haereticos aliquam summam denariorum ex fructibus honorum Episcopatum, quod bis cum Viris Doctissimis de hac questione vidi consulti, quod nempe in magna Regiae necessitate, ac pro illius defensione poterant Ecclesiastici dare de fructibus beneficiorum Regi ad juvenem juxta cap. Sancta Maria. cap. Adversus, de immunitate Ecclesiae.

22.

Circa qualitatem personae etiam maxime considerandum, an Ecclesiasticus sit persona valde illustis, ac nobilis, & Vir maxime doctus, ac literatus, ut inde plus illi pro sua sustentatione assignandum sit, negat Lorca 2.2. disp. 40. sect. n. 39. quia beneficiati fructus dantur pro congrua beneficii sustentatione, ergo parum prodest, quod sit Vir apprime nobilis, vel doctus.

Cap. Sancta Maria. C. Adversus. 23.

Lorca.

Contraria tamen sententia tenet, communis, & desumitur ex cap. De multa, de praebendis ubi in Concilio Lateranensi Innocentius III. statuit, quod in pluralitate beneficiorum possit cum valde nobilibus, ac notabiliter doctis dispensari valde infructifera esset dispensatio, si non possent plusquam alii in sua sustentatione insumere. Confirmatur, quia satis communis est sententia, quod Vir magnus nobilitate, ac literis, quando non potest restituere, nisi cum magna jactura honoris, ac auctoritatis, & cum indecentia suae personae, non tenetur restituere, ut docent uterque Navarrus, Lessius, Azorius, Sayrus, Molina, Valentia, quos citat, ac sequitur Bonacina disp. 1. de restit. quest. ultima, punct. 1. n. 13. ergo si tales personae pro sua congrua sustentatione ratione sui status liberantur a restitutione in praesenti, etiam liberantur ab ordinaria sustentatione communi cum aliis; Deinde quia maxime decet ad honorem, ac auctoritatem Ecclesiae habere ministros valde nobiles & maxime doctos.

24.

Navar. Sayrus. Molina. Valentia. Bonac.

Confirmatur ex Apostolo Paulo 1. ad Tim. c. 5. n. 17. dicente: Qui bene praesunt Presbyteri, duplici honore digni habentur, juxta D. Chryl. D. Ambros. Theoph. Theodoret. Haymon. explicant duplici honore, non solum reverentia, sed etiam subsidio, ac alimonia ad vitam sustentandam. Inde Apostolus, versu sequenti, immediate subdit: Scriptum est non alligabis os bovis triturantis, dignus est mercenarius mercede sua, Sic & explicatur illud Proverb. 31. num. 5. Omnes domestici ejus vestiti sunt duplicibus. Id est, vestibus pretiosis, ac magnificis, pro eorum dignitate, cum essent domestici tantae Reginae, ac Dominae.

25.

Prov. 31.

Cum his omnibus, quae diximus, quod magna pars ex fructibus beneficii expendenda sit in pauperes, & etiam ex his, quae superflua sunt; cum hoc tamen maxime stat, quod multum incumbit Episcopi, & Praelatis, suarum Ecclesiarum fabrica, bona structura, decentia, ac convenientia in apparatu, vestibus, ac ornamentis, eum omni affectu ad illa habeant intendere, ac haec procurare. In quo conveniunt omnes Doctores

26.

Qv. 5

QUESTIO IV.

An Pensionarij sicut & ceteri Beneficarij teneantur ad eleemosynas?

SUMMARIUM.

- 27 Prima sententia affirmat absolute eos teneri.
28 Secunda absolute negat.
29 Tertia & vera distinguit inter pensiones dadas titulo seculari, vel clericali. In primo negat, in secundo vero concedit, & num. 30.

27. Navar.

Sarmient.

28. Gigans. Covar. Azor.

Lugo. Valquez.

Navar. Sayrus. Molina. Valentia. Bonac.

29.

Sotus. Sanch. Molina. Hurrados.

Palaeus. Diana.

30. Navar.

C. Pastoral.

IN hac re est triplex sententia. Prima absolute affirmat eos teneri. Ita Navar. opusculo de spoliis Clericorum, §. 1. n. 6. & §. 7. n. 7. Sarmientus de redditibus, part. 3. c. 5. n. 7. Quia cum talia dona sint Ecclesiastica, tale onus affixum secum asportant. Secunda sententia absolute negat hanc obligationem in pensionariis; illam tenet Gigans tract. de Pensionibus, quest. 52. Covar. c. Cum in officiis de testamentis, n. 6. Azor. 2. tom. lib. 7. quaest. 12. Et dicit hanc sententiam esse communem, & multi alij Doctores, quos citat, ac sequitur Cardinalis Lugo tom. 1. de justitia, disp. 4. sect. 3. n. 3. & Valquez ita ei adheret tract. de eleemosyna, c. 4. dub. ultimo in fine. Ut dicat se neminem vidisse, qui contraarium sentiat. In hoc tamen excessit, ut notat Lugo citatus, cum sint multi, & gravissimi Auctores pro contraria sententia. Probat; Primum, quia Concilium Tridentinum sess. 2. cap. 1. de reformatione, Agens de obligationibus ad eleemosynas solum loquitur de Episcopis, ac Beneficiariis; ergo non est extendendum ad plura. Et ratio, est, quia ex eo quod Pontifex imponit pensionem alicui beneficio, jam ex trahit partem illam ab eo beneficio; & haec sententia est probabilis.

Tertia sententia, quae mihi simpliciter est vera, distinguit in pensiones, quae dantur titulo seculari ac quae dantur titulo Clericali, ac spiritali, illas immunes se dicit ab hoc onere, non vero istas. Ita Sotus, Corduba, quos citat, ac sequitur Sanch lib. 2. consil. 2. dub. 47. Molina tom. 1. de just. disp. 145. n. 3. Hurrados, de Medoza in 2.2. disp. 160. sect. 7. §. 117. Castro Palaeus tom. 1. tract. 7. Resol. 29. Coordinatus alias part. 5. tract. 8. Resol. 29. Unde inquit Auctores citati, quod pensio, quae datur Clerico ad sui sustentationem, affert secum illud onus; quae vero conferuntur Principibus secularibus, dantur propter multa merita, obsequia, vel labores perpeffos ob bonum, vel defensionem fidei, ac Ecclesiae, vel ob bonum commune, ac Republicae, quod maxime spectat ad conservationem ipsorum fructuum.

At vero valde diversimode se habet pensio, quae datur Clerico, ut multis probat Navar. variis in locis, & praecipue de redditibus, quest. 1. num. 32. Primum, quia talis obligatio est annexa redditibus beneficiorum, ergo ad quoscumque transit eam suo onere. Argum. cap. Litteris de pignoribus, & cap. Pastoralis de decimis

Secundo, non potest pensionarius in pensione aliter disponere, quam vult Papa, qui concedit solum pro alimonia; ergo implicite insinuat, nolle eos prodigere, cap. 1.42. dist. & §. 1.44. dist. ergo ex superfluis tenetur dare mediam partem in eleemosynam, Tertio, ei qui minus praemii meretur non debet plus praemii dari, Argumento §. 1. Iustitia de justitia, & jure, & l. Iustitia, ff. eodem titulo; Minus autem meretur pensionarius, qui non tenetur dicere officium divinum, neque servire, ad utrumque autem Beneficiatus cum onere simul dandi eleemosynam, ergo ad hanc etiam tenetur pensionarius; ex his manent soluta argumenta secundae sententiae, & Tridentinum ponit id, quod magis est in usu, ac frequentia, ut sunt Beneficiati, ac Episcopi.

L. Justitia.

Trident.

QUESTIO V.

An Beneficarij ex distributionibus teneantur ad eleemosynas?

SUMMARIUM.

- 31 Prima sententia affirmat eos teneri.
32 Secunda vera, ac communis negat.
33 Multiplici ratione probatur secunda sententia & num. 34.

31.

Navar. Sanch. Molina.

32.

Sylvest. Covar. Decius. Palaeus. Clarus. Bonacina. Azor. Filliucius. Lugo.

33.

Questio praesens est, quid judicandum sit de distributionibus, quae dantur Canonici, vel Beneficiariis, ob assistentiam in choro, an teneantur scilicet dare ex superfluis eleemosynas, sicut ex fructibus beneficii. Prima sententia, quam tenent Navarrus, ac multi alij, quos citant, ac sequuntur Sanchez, tom. 1. Concil. lib. 2. c. 2. dub. 46. & Molina tract. 12. disp. 143. §. secundo probat, affirmat eos teneri. Secunda sententia, & satis communis, quam tenent Sylvest. Covar. Decius, Palaeus, Julius Clarus, & alij multi, quos citant, ac sequuntur Bonacina, tom. 1. tract. 4. de obligatione. insumendi fructus beneficii in pios usus, punct. 2. n. 18. & multis relatis Azor, tom. 1. lib. 7. c. 9. quest. Filliucius etiam in Appendice, tract. 43. c. 3. quest. 11. Cardinalis Lugo tom. 1. de justit. disp. 4. sect. 3. n. 23. affirmat eos non teneri.

Ratio est, quia licet illae distributiones ex ipsius beneficii fructibus proveniant, jam tamen ab Ecclesia non consignantur tanquam in sustentatione Canonici, sed ad alium finem, ut studium, ac assistentia frequentandi chorum foveatur, & tanquam stipendium, ac merces illius laboris, quare sicut portio, quae extrahitur ex aliqua praebenda, ut merces cantoris, ac Magistri Grammaticae transit sub ejus libero dominio, ac dispositione, quia datur ut merces talis laboris, quamvis ex fructibus Canonicatus desumatur, sic & de distributionibus videtur dicendum, quia dantur in stipendium, ac praemium illius laboris, & assistentiae, & ut etiam alij stimulentur ad chori frequentationem.

Et confirmatur, qui habet dignitatem, & Canonicatum, vel duos Canonicatus in eadem

34.

E e 4 Ecclesia,